INDEX
PRAELECTIONUM
IN UNIVERSITATE LITERARUM
REGIA VARSAVIENSI

INDE A 15ta SEPTEMBRIS MDCCCXXVII. USQUE AD 15am JULII MDCCCXXVIII.

HABENDARUM.



VARSAVIAE.

DOCTRINA RELIGIONIS CATHOLICAE tradetur diebus ac horis posthac determinandis.

ORDO THEOLOGORUM.

Adalbertus Anselmus Szweykowski, Theol. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Rector, hora 9—10. diebus Lunae, Martis, Mercurii et Jovis, *Institutiones Pastorales praeceptaque catechizandi* moderabitur.

Paulus Szymański, Theol. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus, hora 8—9. diebus Lunae et Martis *Introductionem in Libros SS. Novi Foederis*, Mercurii et Jovis *Hermeneuticam Generalem* tradet, Veneris autem et Saturni interpretabitur *Joëlem Haggaeum et Malachiam.*

Aloysius Ludovicus Chiarini, Theol. Dr. Prof. P. Ord. hora 8—9. docebit, die Lunae *Antiquitates biblicas*, diebus Martis et Mercurii *Introductionem in Libros SS. Veteris Foederis*, die Jovis *Linguam hebraicam*, diebus Veneris et Saturni *Linguam graecam.*

Jacobus Szarkiewicz, Theol. Dr. Prof. P. Ord. hora 10—11. quotidie per hebdomaden profitebitur *Jus Ecclesiasticum.*

Felix Benedictus Ustrzycki, Theol. Mgr. Prof. P. Extraord. hora 2—3. diebus Lunae, Martis, Mercurii, Veneris et Saturni exponet *Theologiam Dogmaticam.*

Joannes Onoszko, Prof. P. Extraord. hora 8—9. diebus Lunae, Martis Mercurii et Jovis, nec non hora 3—4. die Lunae, *Theologiam Moralem* praeleget.

ORDO JURE CONSULTORUM ET PROFESSORUM DOCTRINARUM POLITICARUM.

I. JUS.

Joannes Vincentius Bandtkie, J. U. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus, Literarum, scientiarum, et artium Universit. et Acad. Vilnen. socius honoris gratia cooptatus, tradet *Jus polonicum et historiam ejusdem juris*, diebus Mercurii et Jovis, hora 3—5. et die Veneris hora 3—4; *institutiones juris Romani Justinianei* autem die Martis eadem hora 3—4.

Alexander Engelke, J. U. Dr. Prof. P. Ord. docebit *principia processus judiciarii, tam civilis, quam criminalis*, *legem fundamentalem regni Poloniae et doctrinam notariatus*, diebus Martis, Jovis et Saturni hora 9—11.

Clemens Urmowski, J. U. Dr. Prof. P. Ord. profitebitur *jus criminale positivum* diebus Lunae, Martis et Mercurii hora 5—6; *jus vero canonicum* diebus Jovis, Veneris et Saturni, eadem hora.

Venceslaus Alexander Maciejowski, J. U. Dr. Prof. P. Ord. *Digestorum libros dogmatice* et *exegetice* quinis per hebdomaden diebus hora 11—12. ante meridiana illustrabit, partim suos in vulgus editos libellos, partim L. A. Warnkoenigii commentarios juris Romani privati (Leodii 1825) secuturus; Gaii commentarium IV. semel per hebdomaden eadem hora interpretabitur.

Romualdus Hube, J. U. Magister, tradet *historiam juris Romani Germanici* et *Gallici*, item *interpretabitur Ulpiani fragmenta* nec non *Institutionum Gaii commentarium* I, II. et III^{tium} quotidie hora 7—8. matutina.

Stanislaus Kunatt, J. U. Magister, explicabit *codicem juris civilis* et *commercialis* hora $7\frac{1}{2}$—9.

II. DOCTRINAE POLITICAE.

Fridericus Comes Skarbek, Phil. Dr. Prof. P. Ord. docebit hora 12—1. I. *Oeconomiam politicam*, secundum compendium a se compositum, diebus

Martis, Jovis et Saturni; II. *Rem aerariam* duce libello a se edito: *Rys nauki finansowéy*, diebus Lunae, et Mercurii; III. *Politiam* die Veneris.

Stanislaus Kunatt, J. U. Magister, tradet *statisticam*, *doctrinam administrandae reipublicae generalem* (*naukę administracyi*) hora $7\frac{1}{2}$—9. senis per hebdomaden diebus, et absoluta demum interpretatione juris civilis ac commercialis.

ORDO MEDICORUM.

Martinus Roliński, M. Dr. Chir. et Art. Obst. Mgr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus, *Anthropotomiam theoreticam* secundum compendium Rosenmülleri, diebus Lunae, Martis, Jovis, Veneris, et Saturni hora 11—12, semestri hiberno explicabit. In *Anthropotomia practica* manum studiosorum exercebit senis per septimanam diebus, horis matutinis 8—10, pomeridianis vero 2—4. auxiliante Prosectore. Aestivo tempore *Anatomiam comparatam* exponet secundum opus Cari, diebus Lunae, Martis, Jovis et Saturni.

Josephus Celiński, Phil. Dr. Prof. P. Ord. *Chemiam politicam*, diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris et Saturni, hora Matutina 7—8. explicabit, et hac absoluta *Pharmacologiam* et *Pharmaciam* secundum proprias theses docebit.

Joannes Mile, Phil. Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Physiologiam* quotidie hora 4—5. semestri hiberno, *Diaeteticam* vero hora 8—9. tempore aestivo exponet.

Vincencius Szczucki, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Pathologiam generalem* tradet diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris hora matutina 9—10; diebus vero Mercurii et Saturni, hora 11—12. exponet *Historiam Medicinae literariam, una cum Auctorum classicorum interpretatione.*

Joannes Tomorowicz, Med. Dr. Prof. P. Ord. *Materiam medicam* senis per hebdomaden diebus, hora 10—11. tempore hiberno; *Pharmacocatagraphologiam* vero et *Toxicologiam* aestivi semestris spatio, hora eadem explicabit.

Andreas Janikowski, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Extraord. exponet *Chirurgiam theoreticam* senis per hebdomaden diebus hora 11—12.

Ignatius Fijałkowski, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. explicabit *Artem obstetriciam sublimiorem*, hora pomeridiana 3—4. diebus Lunae, Mercurii et Veneris; *inferiorem* vero diebus Martis, Jovis et Saturni. *Institutum Clinicum obstetricium* visitabit quotidie hora 7—8. Finito cursu *artis obstetriciae*, exponet *morbos gravidarum, parturientium, puerperarum* ac *neonatorum*, ac *exercitabit auditores in phantasmate.*

Mauritius Woyde, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Medicinam forensem* secundum Henkii compendium. *Lehrbuch der gerichtlichen Medizin* 5te *auflage Berlin* 1827, diebus Lunae, Martis, Jovis, Veneris et Saturni hora 4—5. tradet, eaque absoluta iissdem horis ac diebus *Politicen Medicam* duce Berntio: „*Systematisches Handbuch der öffentlichen Gesundheits, und Krankenpflege*" *Wien* 1818. docebit. *De Morbis epizooticis* die Mercurii hora 4—5. tractabit.

Emilianus Clemens Nowicki, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. tradet diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris hora 11—12. *Akiurgiam* tam *rationalem* quam *historicam*, iisdemque horis *operationes chirurgicas* demonstrabit; tempore vero aestivo exponet *Desmurgiam*. *Exercitationes clinicas* in Instituto Regio instituet quotidie hora 10—11.

Joannes Godofredus Freyer, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Therapiam generalem* senis per hebdomaden diebus, hora matutina 8—9; hac absoluta *Therapiae specialis* partem primam, quae *morbos febriles* complectitur, docebit. *Exercitationes Clinicas* in Instituto Regio insuper quotidie hora 9—10. instituet.

ORDO PHILOSOPHORUM.

Josephus Carolus Skrodzki, Phil. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus, *Physicam universalem* experimentis illustratam, exponet diebus Lunae, Mercurii et Veneris, horis 8—10.

Christianus Lach Szyrma, Phil. Dr. Prof. P. Extraord. exponet hora 10—11: I *Anthropologiam* ad sua dictata, diebus Lunae, Mercurii et

Veneris; II. *Logicam* secundum *Dan. Wyttenbachii Praecepta Philosophiae Logicae*, diebus Martis, Jovis et Saturni. His absolutis, III. *Jus naturae* sexies per hebdomaden iisdem horis explicabit.

Adrianus Krzyżanowski, Phil. Dr. Prof. P. Ord. exponet: I. *Mechanicam analyticam*, diebus Martis et Jovis, horis 8—10, die vero Saturni, hora 9—10; II. *Calculum differentialem* et *integralem*, diebus Lunae et Veneris, horis 8—10; III. *Algebram sublimiorem* diebus Lunae et Jovis hora 10—11; IV. *Mathesin elementarem* diebus Martis, Mercurii, Veneris et Saturni hora 10—11.

Cajetanus Garbiński, Phil. Dr. Prof. P. Ord. tradet: *Geometriam*, quam *descriptivam* vocant, *theoreticam* et *practicam*, diebus Martis, Mercurii et Saturni hora 11—12½, die autem Jovis, eadem hora docebit *Geometriam analyticam linearum* et *superficierum secundi ordinis*, atque *Geometriam sublimiorem* (application de l'analyse à la Geometrie p. Monge).

Franciscus Armiński, Prof. P. Ord. *Astronomiam* diebus Lunae, Mercurii et Veneris, hora 2—4 docebit.

Adamus Kitajewski, Phil. Dr. Prof. P. Ord. docebit *Chemiam universalem* diebus Martis, Jovis et Saturni hora 8—10.

Fridericus Jacobus Hoffmann, Phil. Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Mineralogiam* diebus Lunae, Mercurii et Veneris hora 2—4. explicabit.

Michaël Szubert, Phil. Dr. Prof. P. Ord. tradet: I. *Botanicam* diebus Martis et Saturni hora 3—4. die vero Jovis hora 2—4, II. *Disciplinam saltuariam* diebus Martis et Saturni hora 2—3.

Felix Paulus Jarocki, Phil. Dr. Prof. P. Ord. *Zoologiam* senis per hebdomaden diebus hora 4—5. exponet secundum opus a se editum.

Paedagogica et Didactica diebus Lunae et Veneris hora 12—1. tradentur.

ORDO DOCTRINARUM ET ARTIUM LIBERALIUM.

I. DOCTRINARUM.

Felix Bentkowski, Phil. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus, expositis doctrinis, quae ad historiam rite intelligendam tractandamque maxime faci-

unt, tradet *Historiam universalem* quotidie hora 4—5. excepto die Saturni, hoc anno fusius a seculo V. ad XV. duce Joanne Kaydanow, (Varsav. 1826.) Die vero Jovis, hora 3—4. *exercitationes practicas* cum tironibus instituet.

Aug. Ern. Zinserling. Phil. Dr. Prof. P. Ord. I. *Literaturam latinam* tradet diebus Lunae et Mercurii hora 2—3. diebus vero Martis et Jovis hora 11—12. II. *J. Caesaris libros de bello Gallico* explicabit die Martis hora 10—11. die autem Jovis hora 2—3.

Fr. Ant. Woelke, Phil. Dr. Prof. P. Ord. I. *De epica Graecorum poësi*, diebus Martis et Veneris, hora 9—10. disputabit, semestri hiberno *Iliadis*, aestivo vero *Odysseae* potissimum habebit rationem. II. *Demosthenis de corona orationem* interpretabitur die Jovis hora 9—10. III. *Exercitationes graecas* instituet diebus Mercurii et Saturni hora 9—10. IV. *Antiquitates Romanas* exponet diebus Lunae, Veneris et Saturni hora 3—4.

Ludovicus Osiński, Phil. Dr. Prof. P. Ord. disputabit *de Literatura poëtica* in universum comparans inter se opera praecipua, excepta epopoea et arte drammatica, die Saturni, hora 4—5. *Exercitationes* vero *practicas* instituet hora 3—4. die Mercurii.

Casimirus Brodziński, Phil. Dr. Prof. P. Ord. I. *Historiam literaturae Polonicae* tradet diebus Lunae et Veneris hora 5—6. II. *Praecepta styli polonici junctis exercitationibus* exponet die Mercurii hora 5—6.

Cas. Werbusz, Lector Linguae Rossicae, tradet *hanc linguam* ejusque *historiam* diebus Martis, Jovis et Veneris hora 8—9. diebus vero Mercurii et Saturni hora 12—1.

II. ARTIUM LIBERALIUM.

Jul. Colberg, Phil. Dr. Prof. P. Ord. explicabit *usum instrumentorum geometricorum*, nec non *Geodaesiam* et *Nivellationem simplicem junctis exercitationibus in delineatione topographica*, die Martis et Jovis, hora 2—5. *Geodaesiam* vero et *Nivellationem complicatam* nec non *applicationem Trigonometriae planae* et *sphericae* ad *Geodaesiam*, tradet die Saturni, hora 9—12.

Venceslaus Ritschel, Prof. P. Extraord. diviso cursu Architecturae in biennalem, tironibus primi anni, spatio decem mensium, tradet totam *Architecturam* ad usum practicum populari methodo expositam, die Martis et Saturni hora 10—11; *altiorem* vero *Architecturam*, sive cursum secundi anni methodo rationali exponendum die Lunae, Mercurii, Jovis et Veneris hora 10—11. Quotidie praeterea hora 8—10. tirones in arte delineandi architectonica exercebuntur.

Antonius Blank, Prof. P. Ord. et *Antonius Brodowski*, Prof. P. Ord. alternis hebdomadibus, quotidie hora 9—12. moderabuntur exercitationes juvenum *Artem pictoriam* exemplis et antiquis et vivis propositis, celebrantium. Prof. *Blank* tradet praeterea *Osteologiam* et *Myologiam*, diebus Martis et Veneris, hora 12—1.

Andreas Gołoński, Arch. et Geod. Magister, Prof. P. Extraord. tradet *theoriam* et *artem delineadi* secundum *praecepta perspectivae* et *opticae* diebus Lunae, Mercurii, Veneris et Saturni, hora 2—3.

J. E. Krethlow, Prof. P. Ord. docebit *artem in cupro sculpendi* singulis per hebdomaden diebus, hora 2—4, semetri hiberno; mensibus vero aestivis, hora 4—6.

Josephus Elsner, Prof. P. Ord. explicabit *Theoriam compositionis musicae* altera quoque hebdomade, die Jovis hora 12—1. *Compositionem* vero *musico-practicam* tradet in Conservatorio musico, diebus Lunae, Mercurii et Veneris hora 4—6.

Paulus Maliński, Prof. P. Extraord. tradet *caelandi sculpendique artem* et *omnem rem statuariam* diebus Lunae, Mercurii et Veneris hora 2—4.

[illegible] Prof. P. Extraord. [illegible] Architecturae in
[illegible], tradet [illegible]
[illegible] explicatur, die Martis
[illegible]
[illegible] Lunae, Mercurii, Jovis et
Veneris [illegible] hora 8—10. [illegible] in arte delinea-
[illegible] architectonica exercebuntur.

[illegible] Prof. P. Ord. et [illegible] Prof. P. Ord.
[illegible] exercitationes [illegible]
[illegible] celebran-
[illegible] Prof. [illegible] tradet [illegible] diebus Mar-
[illegible] hora 11—1.

[illegible] Prof. P. Extraord. tradet
[illegible] perspectivae et opticae
[illegible] Mercurii, Veneris [illegible] hora 2—3.

[illegible]
[illegible] hora [illegible] Vera [illegible]

[illegible] Prof. P. Ord. [illegible]
[illegible] hora 11—1. [illegible]
[illegible] tradet in [illegible], diebus Lunae,
Mercurii et Veneris hora 5—6.

[illegible] Prof. P. Extraord. tradet [illegible]
[illegible] diebus Lunae, Mercurii et Veneris hora 2—3.